



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Infans super at mortis periculum, vbi eum mater virgini matri fecit
peregrinum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

GAndensis quædam mulier Camberonensem, qui cum ab Ecclesia Metropolitana B. Mariæ ad sancti Gaugerici templum se transferret, à venti turbine percussus fuit, qui eum à renibus ad pedes vsque viribus impotentem fecit, & ita sana mente & sensibus priuauit, vt vxorem verberibus contunderet, nec non & alios qui accedebant ad eam. Pia vxor eum B. Virgini Camberonensi, deuotè peregrinum, & mora nulla interposita lenitati mentis & corporis restitutus est, baculos à se abiecit, & peregrinatione pie cõfecit.

INFANS SUPERAT MORTIS PERICULUM, vbi eum mater virgini matri fecit peregrinum.

CAPVT IX.

IN pago quodam cui Villarium Dominici Nicolai nomen est, infans quidam incommodè admodum in cunis iaceas, clamoribus matrem ad se euocauit, vt eius aditricem manu aliquid ab eâ solaminis acciperet: verum illa alijs intenta, pueri clamoras voces parumper pendit. Interea brachia sua quo posuit modo & cunabulis subtraxit, ideoque violenter se ipsum hinc inde agitare cõpit, vt quibusdam linteaminibus quibus circumuolebatur cõ-

vicem sibi contorsit, planeque extinctus ac suffocatus videbatur. Rebus ita se habentibus superuenit Mater, tristeque hoc spectaculum intuita, velut attonita sine voce, sine sensu quid diceret non habebat, quoad vsque sibi sensibusque reddita, tota gemebunda exclamauit, dicens: O Mater Dei gloriosa Virgo Maria Camberonensis mihi filiolum meum restitue. Voto peregrinus tuus erit, & ego patier cum illo. Hisce editis vocibus è cunis excepit infantem: vbi verò sibi restitutus est, balneum paratū est in quo lauaretur, quod nihilominus ferre minimè voluit, sed è contra proprijs vestimentis indui postulauit, & sine mora euolauit ad pueros sibi coartaneos, ad colludendum cum eis in publicis vicis & plateis. Breuiter pater & mater nullam moram fecerunt persoluendi votum iam ab eis emissum, simulque minimè prætermiserunt palmam & vbiq; de prædicare beneficium, gratæque solatium, quod, interuentu Benedictæ Virginis, acceperant per filioli incolumitatem.

INFANS A CALCULO LIBERATUR per Matrem Beatæ virginis commendatus.

CAPVT X.

I 2

Niuc-